



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

21. Martij. Bonos bene malos malè valere gaudeo: illi ut integris ad Dei gloriam utantur viribus; isti, ut multiplicatis infirmitatibus ad Deum compellantur. S. Ignat. apud Ribad. 2. 5. c. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Si omne, quod splendet, aurum credens tua, heu, quoties decipietur? Nihil est bonum, nisi, quod ducit ad summum bonum.

Deus finis noster est, ad quem tendimus, in quo æternùm quiescemus; via quæ ad illum ducit, bonam crede, ama, elige quæ abducit, estò rosis strata sit, quæ longissimè, fuge.

Aurea clavis parùm facit ad intentum si clausa non reseret, tali præferenda ferrea, cui seræ patent. Rei nempe pretium non color, nec opinio, sed ad intentum aptitudo facit.

Proh! quantùm erramus! omnia electio ni hominis subjecit Deus; Sed ut medi sint ad Deum. Væ! qui his contra Deum utuntur. Tantò res quævis peior, quantum certius abducit à Deo.

21. Martii.

Bonos bene malos malè valere gaudeo: ut integris ad Dei gloriam utantur virtutibus; isti, ut multiplicatis infirmitatibus ad Deam compellantur. S. Ignat. apud Ribad. 2. s. c. 10.

Nescimus quid boni lateat in morbis.
Inter hispidos cortices dulcis latet
medulla, modò noverimus hanc è spinis
eruere dulcedinem, mel è thymo, ex mor-
bo sanitatem elicere. Genus Quoddam sa-
nitatis est, hominem non esse sanum.

Dum languet corpus, vegetatur spiritus.
Multos meliores fecit ægritudo, quos sanis-
tas perdidisset. Ut tenebræ juvant ad splens-
dorem; sic morbi ad vitam meliorem. Des-
feruntur à vitiis, qui ea deserere noluerunt.

Ufus rei rem bonam facit. Dissipiat, mo-
dò proficit; etiam medicina ingrata est pala-
to, sed quia profutura speratur, amatur,
avidè sumitur. Quod potest desiderium
valetudinis corporalis, cur non possit spi-
ritualis?

Es infirmus? gaude: peccare non po-
tes. Lecto affigeris? tempus tibi suppetit,
ut ad cor redeas. Langues? miseriam hu-
manam cogita, cogita præ foribus æter-
nitatem. Quanta hinc bona!

22. Martii.

*Si vel catulum tibi Deus præfecerit, tu non
recusa: libenter illum Ducem vitæque
ma-*